

**692.** *P. Innozenz III. erlaubt dem EB. Eberhard II. auf dessen Bitte, auf Herrenwörth im Chiemsee ein Bistum zu errichten, umschreibt dessen Diözese, beurkundet die vom Erzbischof dazu gewidmeten Einkünfte und setzt fest, daß die Wahl und Investitur des Bischofs dem Erzbischof und seinen Nachfolgern zustehen, sowie daß das Vikarsrecht des Gurker Bischofs in seiner Diözese durch diese Gründung nicht beeinträchtigt werden solle.* Lateran, 1216 Jänner 28.

Or. (65 : 51·3) in München (A). — K.-B. 1 f. 194 (C).

Mezger, *Historia Salisb.* 993 ohne Unterschriften = Lünig, *Spicilegium eccl. contin.* 1, 1068 n° 89.

Meiller, *RAS* 208 n° 164 zu 1215. — Theiner, *Vet. monum. Slav. merid.* 1, 66 n° 111. — Potthast, *RP<sup>2</sup>* 1 n° 5056.

Eine gleichlautende Bulle, doch ohne Unterschriften, erging am gleichen Tage auch an den Bischof von Gurk (Or. in Klagenfurt; v. Jaksch, *Mon. Carinth.* 1, 348 n° 456). Wir geben die Varianten der übrigens noch mehr entstellten Ortsnamen in den Noten (G).

Auf der am 11. November 1215 zu Rom gehaltenen Synode wurde die Errichtung des Bistums Chiemsee ausgesprochen, worauf Eberhard II. zu Herrenchiemsee Rudiger zum 1. Bischof weihte (*Ann. s. Rudb. u. Contin. Admont. in Mon. Germ. SS IX*, 780 u. 592 u. a.). Der Tag der Weihe ist unbekannt und es ist fraglich, ob sie noch im Jahre 1215 selbst stattgefunden hat. Oktober 25 erscheint Rudiger noch als Propst von Zell am See (n° 688).

‡ Innocentius ‡ episcopus servus servorum dei venerabili fratri...

Matth. 24, 25 Salzeburgensi archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem. Super familiam domini constitutus, ut des ei cibum in tempore, verbum illud Matth. 9, 37 f. tamquam fidelis servus et prudens sollicite cogitasti: Messis quidem multa, operarii autem pauci: rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Unde cum messis tua sit multa nimis et magna, ut ad eam unus tantum operarius non sufficiat, quoniam Salzeburgensis dioecesis in tantum est longe lateque diffusa, quod ad curam ipsius non sit plene sufficiens unus pastor, tu potius animarum quam rerum lucrum attendens nobis humiliter supplicasti, ut in quadam dioecesis tue parte novum dignaremur episcopatum creare, per quem defectus huiusmodi possit ex parte suppleri. In Chimensi siquidem insula, que per duas dietas a Salzeburgensi distat ecclesia, est quoddam canonicorum

**691.** <sup>c)</sup> an grüner Seide Siegel 1.

regularium monasterium, in quo de ipsorum consensu episcopalem cathedram institui postulasti, eiusdem monasterium per omnia iure salvo ut nichil de bonis ipsius ad episcopalem cathedram transferatur, obtento super hoc assensu capituli tui, salvo nichilominus per omnia iure suo, ut per hoc in dignitatibus libertatibus consuetudinibus et rationibus nullum eis preiudicium generetur, cui tu, si nobis placuerit, disposuisti assignare diocesim per unam dietam et dimidiam hiis finibus limitandam: videlicet a terminis parrochie Extet<sup>a)</sup> usque ad insulam supradictam, deinde per Prienn<sup>b)</sup> et Selhuben parrochias ac deinde per vallem Grazzowe<sup>c)</sup> et inde per montem, qui dicitur Strichen<sup>d)</sup>, et per vallem, que vocatur Leuchental<sup>e)</sup>, claudendo parrochias Chirchdorf<sup>f)</sup> et sancti Iohannis usque in summitatem montis Iochperch<sup>g)</sup> et hec erit ipsius diocesis longitudo; latitudo vero extendetur ipsius per valles Pilsse<sup>h)</sup> Brischental<sup>a)</sup> et Elmowe usque ad fines parrochie Sel, retentis tibi iure patronatus in hiis ecclesiis, in quibus illud prius habebas, et decimis aliarum ecclesiarum et etiam infeudatis. Disposuisti etiam assignare annuos redditus trecentarum marcarum percipiendos in Saheranch et omnibus pertinentiis suis cultis et incultis, piscationibus silvis et pascuis, et in Pinzcowe Willehalsdorf<sup>k)</sup> cum possessionibus aliis, quas emisti a nobili muliere Matildi, et item in Austria in vineis apud Arnsdorf<sup>l)</sup>, quas ab Ortolfo milite comparasti, necnon in domo infra civitatem Salzeburgensem<sup>m)</sup> iuxta ecclesiam sancti Laurentii, quam emisti a milite supradicto, et item in Stulvelde<sup>n)</sup> Celle et Houen ecclesiis et earum redditibus, salvo tamen numero clericorum servientium in eisdem, ita quod electio ac investitura eiusdem episcopi ad te ac successores tuos absque omni contradictione pertineat, de quorum bonis idem episcopatus dotatus fuerit et ditatus. Gurcensis autem episcopus, qui vicarius Salzeburgensis antistitis in sua diocesi esse dinoscitur, in illo quoque sit episcopatu vicarius quantum archiepiscopalis exigit iurisdictio, ne in hoc etiam ius ipsius grave dispendium patiat. Nos igitur habito fratrum nostrorum consilio, quia tuum in hac parte propositum ad divini nominis gloriam et Christiane religionis augmentum intelleximus<sup>o)</sup> pertinere favore illud apostolico prosequentes postulata concedimus, sicut superius sunt expressa. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

692. a) Ethstat G.      b) Brien G.      c) Grasswen G.      d) Strihec G.  
e) Luchental G.      f) Chindorf G.      g) Ioxpere G.      h) Pilsesse G.      l) Br und s  
mit schwarzer Tinte nachgefahren A, [Brischental] Liuchental G.      k) Villhalmesdorf G.  
l) Ansdorf G.      m) Salseburgensem G.      n) Stulvelde G.      o) te nachgefahren A.

R<sup>p)</sup> Ego Innocentius catholice ecclesie episcopus ss. M

+ Ego<sup>q)</sup> Nicholaus Tusculan(ensis) episcopus ss.

+ Ego Guido Prenestinus episcopus ss.

+ Ego Hugo Ostiensis episcopus et Welletrensis episcopus ss.

+ Ego Benedictus Portuensis et sancte Rufine episcopus ss.

+ Ego Pelagius Alban(ensis) episcopus ss.

+ Ego<sup>r)</sup> Cinthius tit. sancti Laurentii in Lucina presbiter cardinalis ss.

+ Ego Cencius sanctorum Iohannis et Pauli presbiter cardinalis tit.  
Pamachii ss.

+ Ego Leo tit. sancte crucis in Iehrusalem presbiter cardinalis ss.

+ Ego Petrus sancte Pudentiane tit. Pastoris presbiter cardinalis ss.

+ Ego Guala sancti Martini presbiter cardinalis tit. Equitii ss.

+ Ego<sup>s)</sup> Stephanus basilice duodecim apostolorum presbiter cardinalis ss.

+ Ego<sup>t)</sup> Guido sancti Nycolai in carcere Tulliano diaconus cardi-  
nalis ss.

+ Ego Gregorius sancti Theodorì diaconi cardinalis ss.

+ Ego<sup>s)</sup> Iohannes sanctorum Cosme et Damiani diaconi cardinalis ss.

+ Ego Petrus sancte Marie in Aquiro diaconus cardinalis ss.

+ Ego Bertramius sancti Georgii ad velum aureum diaconus cardi-  
nalis ss.

Dat. Lateran. per manum Home<sup>u)</sup> sancte Romane ecclesie subdiaconi  
et notarii Neapolitani electi V kal. febr., indictione III, incarnationis do-  
minice anno M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XV<sup>o</sup>, pontificatus vero domni ‡ Innocencii ‡ pape III  
anno octavodecimo.

B.<sup>v)</sup>